



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Promissum non obseruans an semper peccatum committat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

*Verberatio proximi dupliciter
consideratur.*

Percussio, qua proximus verberatur peccatum est mortale ex suo genere, quia iniuriola est & nocet proximo. Propter imperfectionem tamen actus si minima est, venialis est. Quod si autoritativè fiat, vel à iudice, vel à Præfato, patre magistro &c. non est peccatum, sed opus iustitiæ & charitatis, modò non sit immoderata nec malo animo fiat.

Promissum non observans an semper peccatum committat.

Perfidia, qua homo non facit quod promissit, peccatum est: utpote contra virtutem fidei, qua fiunt dicta: quia promissione facit se homo debitorem implendæ promissionis. Invenitur autem triplex: scilicet perniciofa, officiosa, & iocosa. Et iocosa quidem ac officiosa, venialis est: quoniam ex simplici promissione non nascitur maius debitum quàm sit naturale debitum non mentiendi: nam utrumque debitum est debitum mortale, sine quo morum honestas salvari nequit: & ad eandem virtutem reduci creditur, scilicet ad virtutem veritatis: & utrumque ad alterum est, pro coniunctu, utilitate & conversatione humana. Perniciofa autem (quæ, s. nocet primo, siue quò ad animam, siue quò ad corpus aut res) peccatum est mortale sicut mendacium perniciosum. Et hæc de perfidia simplici dicta sint. Nam quum promissio, transit in debitum legale (ut quum quis promittit ita quod potest quantum est ex vi promissionis cogi in iudicio humano) tunc supra debitum morale adiungitur debitum legale, & per hoc debitum iustitiæ. Et si non servatur promissa, incurruntur duo crimina, s. perfidiæ, & iustitiæ, quam constat ex suo genere.

Esesse

444 Periculum peccandi.

esse peccatum mortale . Cum quibus omnibus memento hic quod propter imperfectionem actus saepe actus excusatur à mortali, siue inperfectio sit ex parte affectus, vt in primis motibus, siue ex parte materiae, vt in nocentis minimis, siue ex parte formae; hoc est, quia non per se, seu ex intentione peccatum illud fit, puta non intendit quis violare fidem, sed ex obliuione aut ignorantia facti: aut ex fiducia quam accipit de eo cui promisit, aut ex causa quae sibi videtur rationabilis, & breuiter quando non per se est perfidus, non incurrit mortale, nisi per accidens, hoc est propter notabile nocentum aut scandalum, & si quod aliud eiusmodi esset accidens. Et hinc habes claritatem infinitorum casuum contingentium in non seruata fide de tacendo, de fauendo, de eundo, faciendo, &c.

Exponere se periculo corporis vel animae an sit licitum.

Periculo peccandi se exponere dupliciter euenit. Primo faciendo scienter opus dubium an sit licitum vel illicitum. Et hoc modo exponere se periculo peccandi, vel peccatum: & si agitur de licito aut illicito mortaliter est peccatum mortale. Et ratio est, quia voluntas ex hoc ipso exorbitat à recta ratione & diuino amore, quod mauult opus illud cum dubio incurrendi transgressionem diuini praecepti, quàm abstinere in opere illo cum certitudine non errandi: ac per hoc voluntas magis amat opus illud, quàm Deum in suo praecepto. Et sic verificatur sententia illa: Exponens se periculo peccati moralis, peccat mortaliter. Secundo, eundo ad locum siue societatem vbi est periculum peccandi mortaliter propter aspectum, persuasiones, commoditates, aut aliquid huiusmodi. Et hoc quidem si sine urgente necessitate fit, ad incautelas